16

IAHEL

SISARÆ DEBELLATRIX

DRAMA SACRUM

FRANCISCI LAURENTINI

DECANTANDUM

In Sacello Archiconfraternitatis

SANCTISS. CRUCIFIXI

Muſicis aptatum Concentibus

A IO: BAPTISTA BORRI

BONONIENSI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMÆ, Typis Ioannis Franciſci Buagni. 1701.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

ARGOMENTO.

Meditando Siſara Capitano di Iabin Rè Cananeo l'Eccidio d'Iſraele, vſcito in campo con poderoſo Eſercito; ordinò Dio a Debora Profeteſſa, che mandaſſe Barac Capitano con dieci milla Iſraeliti a reprimere dell'Aſſalitore l'Orgoglio. Fu vinto Siſara e coſtretto alla fuga, ſi riconerò nella Capanna di Iabele Abitatrice di quelle Selue, doue poſtoſi per la ſtanchezza a dormire, fu dalla Medeſima con vn Chiodo nelle Tempia trafitto; Reſtando così vendicato per Mano d'vna Donna Iſraele. Dal Sacro Teſto ne' libri de Giudici alli cap. 3. e 4.

Digitized by Google

INTERLOCVTORES.

IAHEL

SISARA

DEBORA

BARAC

CHORVS Militum Hebręorum.

PARS

Digitized by Google

PARS PRIMA.

Deb. MILITES, quibus Deus
Certum ſpondet Triumphum,
Ne veſtros Animos vani perturbent Metus;
Noſtra nunc, Cęlo Duce, Arma mouemus;
Cœlo Duce vincemus:
Siſaram iam fugientem decantate,
Et Spe læti Victoriam ſtimulate.
Stimulate paratam Victoriam,
Accendite Gloriam,
Et futuras præcingite Lauros.
Inimica iam Caſtra tenemus,
Iam Prædam habemus,
Equos, Arma, Vexilla, Theſauros.
Chor. Plaudite Tympana,
Plaudite Claſſica
Iam victum Siſaram
Nos decantamus,
Et Spe læti Victoriam celeramus.
Deb. Barac, Fulgur Tonantis,
Te Ducem Iſraelis,
Vt imperauit Deus,
Eligit Fauor meus.
Bar. Ducem, qui vobis dedit,
Dabit Duci Virtutem,
Et Virtuti Triumphum:
Veſtros Enſes præcurro; ite, aduolate,
Animis exultate,

Digitized by Google

Et in Hoſtis Furores
Canant Imperium Dei Tubæ, & Clangores,
Diſcant Tubæ reſonare
Nomen Militis Victoris;
Dulce Pretium eſt Laboris
Ante Pugnam triumphare.

Chor. Plaudite Tympana,
Plaudite Claſſica,
Iam victum Siſaram
Nos decantamus,
Et ſpe læti Victoriam celeramus.

Iahel. O' Pax amabilis,
Pax adorabilis,
Quæ noſtra Nemora
Læta decoras;
Tu noſtris Oculis,
Riuuli ad murmura,
Columbæ ad Oſcula
Somnos imploras. O' Pax &c.
Blandula Phylomela
Dulci canens Querelâ;
Inter Auium Examina
Mollia Turtur effundens Modulamina,
Pacem noſtram laudatis,
Et Syluarum Quietem celebratis.

Deb. Quo Mulier, quam ad Fortia elegit Deus,
Ducis errantes Pedes?
Silueſtre Tectum repete, & Dextram para
Inſolitum ad Opus.
Iam confugit ad Te pene Captiuus

Siſara

Siſara Fugitiuus;
Tu Blanditijs exceptum
Animi ſimulantis
Forti Dextrâ configе Hoſtem Tonantis.
Imbellis Dextera,
Vulnus ad nobile
Plus, quàm Fœmineum
Diſce furorem.
Paſtoris deſerens
Munus ignobile,
Pro Lacte, barbarum
Bibe Cruorem. Imbellis &c.

Iahel. Inſueta Sanguini fœmina tantam Cædem
Tentabit? tantum fœmina feriet Ducem?
Non has Militiæ Leges
Inter candidos Greges
Dictant Otia Syluarum;
Nec quietum ad Bella incitant Pectus
Molles Auium Affectus.
Mea iam Lumina exterret
Nitor Galeæ micantis,
Clypei Fulgor ærati, & coruſcantis.
Non ſum Animis tam fera,
Tam ſeuera,
Vt Lux Armorum
Non territet Me.
Armis cinctum cum videbo,
Tunc timebo,
Ne vana Palmæ
Deludar à Spe. Non ſum &c.

Bar. Attolle Animos : Numinis Ludus erit,
Ad Siſaræ Terrorem
Fœminam conuertiſſe in Bellatorem.
Vade ferox Amazon Sionis,
Iſraelis belligera Sors,
Per tuos Crines iam cerno Felices
Lauros ſerpere victrices,
Et ad Cædem ſuperbi Prædonis
Tibi Falcem iam commodat Mors. Vade &c.

Iah. Exuo Iahelis Animum,
Mulierem totam, & Vires Cordis mei;
Induo Præſagium tuum, Virtutem Dei.
Forti Nodo iam Siſara vinctus
Mordet aſperas Ore Catenas;
Ante Vulnus iam Sanguine tinctus
Fertur Animus Hoſtis in venas. Forti &c.

Siſ. Adeſt, inuicti Heroes,
Adeſt optata Dies,
Qua Gladijs veſtris, veſtræ Virtuti licet
Iſraelem delere; hoc monſtrat Bellum
Vos Deorum Flagellum.
Fortis Animi Virtus horribilis
Vile Pacis Diadema deridet;
Et cum videt
Plus inſtare Pericula Mortis,
Fit Dextera fortis
A' Periculis mage terribilis.

Deb. Siſara iam propinquat;
Bar. Arma iam Litui vocant;
Deb. Iam clypeatas Campo Acies diſponit.

A

Bar.

Digitized by Google

Bar. Debellate,
Deb. Fulminate,
Bar. Triumphate:
Deb. Cerno iam cerno reuinctum
Hoſtem, quem contrà Vos ſtare videtis;
Et in veſtrâ diſtinctum
Fronte Promiſſum Dei lego: Vincetis.

Siſ. Arma
Deb. *Bar.* à 2. Arma
Siſ. Magnanimi,
Deb. *Bar.* à 2. Fortes
Siſ. Ad Cædes,
Deb. *Bar.* à 2. Ad Mortes
Siſ. *Deb.* *Bar.* à 3. Ite, hoſtilem Superbiam domate.
Deb. *Bar.* à 2. Ipſum Vobis en militat Cœlum;
Siſ. Tutos fecit Vos Siſaræ Telum;
Deb. *Bar.* à 2. Ad Triumphum,
Siſ. Ad Palmam
Siſ. *Deb.* *Bar.* à 3. Volate.

Finis primæ Partis.

PARS

Digitized by Google

PARS SECVNDA.

Siſ. QVO, quò me rapiam Miſer,
Ducis infelix Vmbra,
Impiæ Ludibrium Sortis,
Meorum extremus, triſte Faſtidium Mortis?
Sperno Munus Fortunæ,
Munus doloſum, quæ mihi parcit Vni,
Vt Vitæ reſeruatus,
Sim Dedecoris mei Teſtis ingratus.
Siſara infelix! heù! totam Pharetram
In te conſumpſit Fatum;
Nec, quod vlteriùs vibret,
Habet, ni totum Se vibret armatum.
Implacabilis cuncta ſua Fulmina
Rotet Æther iratus in me.
Cernet Dexteram hanc fulminantem
Retorquere ſua Tela in Tonantem,
Et poſt Tela torquebit & ſe. Implac. &c.
Sed triumphali Clamore
Fugam iam premunt meam Tubæ victrices;
Fugâ crudelis Fati Iram vincamus.
Sæuior ab Vrna ſurgam
Cinis etiam ſepultus,
Nec ero in ipſa Morte Hoſtis Inultus.
Deb. Tubarum Plauſu
Superûm Principi
Milites agite
Grates Victoriæ.

Bar. Manus veſtra Enſem mouebat,
Ipſe Dexteram regebat,
Vires addens veſtræ Gloriæ.

Deb. *Bar.* *à 2.* Tubarum Plauſu &c.

Bar. Oleâ pacali Crines
Cingite, Fortes Siſaræ victores;
Iacent ſparſa per Agros
Hoſtis Agmina victi, & viles iacent
Tanti Reliquiæ Belli!
Per hos Campos Cruore tepentes
Pax circumuolat Roſis ornata;
Perque Palmas, & Oleas florentes
Surgit Iridis Facies optata.
Per hos &c.

Deb. Quiſquis iniuſtis fidit ſuperbus Armis,
Nec leuem metuit Deum,
Siſaram videat; Sed non qualem prius
Cœlo inſultantem iſti viderunt Campi;
Sed victum debellatum!
Numquam tam bene nos edocuit Fatum.
Poſt fugata Belli Nubila,
Iam Pacis Iubila
Fugant Timores.
Vos iam Fluminis Concentus,
Vos Aura, vos Ventus
Decantat Victores. Poſt &c.

Iah. Accede Ductor; & fatigatos meis
Fide ſub Tectis Artus.
Sæpè Virtuti dedit

Vile

Vile Gramen; & Herba humilem Caſam:
Sic Belli extrà Tumultus,
Tutus Victoris tui fugies Inſultus.
Pectus non allicit
Militis auidi
Humile Tectum.
Non, velut Diuitiæ,
Syluarum Blanditiæ
Raptoris
Victoris
Accendunt Affectum.
Pectus &c.

Siſ. Fruſtrà Paſtores inter
Fallere Sortem ſpero;
Quamuis ad Te confugiam,
Niſi fugiam à me, Sortem non fugiam.

Iab. Sed Anhelitus Æger
Laſſas conſumpſit Vires:
Belli calens Sudore,
Cordis victus Dolore,
Somno Caput reclina.

Siſ. Sic dum Soporis Gremio
Dubiam Pacem concipiam,
Iratum contrà me Fatum decipiam.
Claudo Lumina ad Soporem,
Ad Dolorem
Infelicia claudo Lumina.
Noſtrum tamen ad Supplicium,
Ad Exitium
Vigilantia cerno Numina. Claudo &c.

Iab.

Iah. Flexa tandem recumbit
Superba Ceruix : dormit; ſed ipſa Quies
Facta Cordis Erynnis
Pacem nondum concedit;
Nec dum totam illius Mentem poſſedit.
Auræ Zephyri Suſpiria
Suſurrate.
Feram Pacem,
Quietem fallacem
Animæ
Barbaræ
Conciliate. Auræ &c.
Sed iam ſolutus alto
Sopore Membra, totus in Somnos abit.
Aſſurge in Ictum Dextera, in Ictum ferum;
Vulnus atrox acerbum
Ducat Hoſtem ſuperbum
Ab Imagine Fati ad Fatum verum.
Te non tantum, Superbe, pudebit,
Quod ſortiris à Fœmina Mortem,
Quantùm lætor in Fronte feroci
Clauo atroci
Iſraelis configere Sortem.
Bar. O' Ducis formidati
Inclyta Debellatrix,
Vindex clara Iſraelis;
Quantâ diſcis Virtute eſſe Crudelis!
Hoc Sanguinis Flumen,
Quod Siſaræ Lumen,
Et Frontem inundat,

Delectat

Delectat Horrore;
Fugato Terrore
Iam pacem fęcundat.

Deb. Hic eſt audacis Terminus, & Meta
In Cœlum ſuperbientis.
Iacet ille iam dum Siſara inuictus,
Truncus iners, exanguis!
Placet Fœnore tanto
Sparſus Noſtrorum Sanguis;
Et pretioſa ſatis, dum periret
Siſara fulminatus,
Noſtra foret Catena, & Famulatus.
Tanto dies clara Triumpho
Suos ingeminet Splendores.
Hoſtis prius tam formidabilis,
Factus nunc Pompa ſpectabilis,
Gaudia monet poſt Horrores.
Tanto &c.

Iab. Veni veni
Pax amata
Te ſuſurro dulci, & leni
Vocat Cœli alma Serenitas;
Et reſpondet Syluæ Amœnitas,
Veni, veni Pax optata.
Veni veni &c.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

F I N I S.

Digitized by Google